



BIBLIOTHECA  
UNIV. JAGIELLO.  
CRACOVENSIS

40570

I Reg. St. Dr. P.

Fevr. 3240.

Vitellii Tawbi's Quaestio theologica de  
iustificatione impie.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0002062

# QVÆSTIO THEOLOGICA

D E

I V S T I F I C A T I O N E I M P I L.

*Ex 1. 2. q. n<sup>o</sup>3. DOCTORIS ANGELICI*

## P R O P O S I T A

Ad Disputandum in Academia

C R A C.

*Pro Loco inter Doctores S. THEOLOG. obtinendo.*

A

M. IACOBO VITELLIO S. Th. Doct. Ecclesiae  
S. FLORIANI Canonico: interea Vni-  
uersitatis studij C R A C.

R E C T O R E

*Anno Dñi 1646. Mense Nouembr. die 22.*

---

C R A C O V I A.

In Officina Christophori Schedelij S. R. M. Typographi.  
*Anno. M. DC. XLVI.*

Iudicet qui potest, Vtrum  
maius sit iustos Angelos cre-  
are, quám impios iustificare?  
certè si æqualis est vtrumque  
potentiæ, hoc maioris est mi-  
sericordiæ.

*S. August. Tractat. 72. in Joan.*

405 40T



V. Iustificatio hominis vsum rationis habentis constans ex parte Dei, gratiæ infusione; ex parte autē hominis, motu liberi arbitrij, sit trāslatio, à statu iniustitiæ ad iustitiam, instantanea: miraculosque & maximis Dei operibus annumeranda, nec ne?

---

C O N C L V S I O I.

De ratione Iustificationis est gratiæ  
DEi infusio,

## C O R O L L A R I A

1. Deus est Prima & Principalis Justificationis causa.
2. Causa Principalis meritoria, est Christi Domini Passio.
3. Etiam Christi passio est Justificationis causa Physica in legenoua.
4. Justificatio hominis, est ex mero Divino beneplacito.
5. Proinde negamus, primam gratiam homini conferri ex praenitione illius meritorum, aut bono usu liberi arbitrij.
6. Afferum mediæ scientiæ DEi, nihil facit ad Justificationem.
7. Pelagiani cum Semipelagianis, circa Justificationis initium, merito ab Ecclesia sunt damnati.

## C O N C L V S I O II.

Præter infusionem gratiæ, motio liberi arbitrij, hominis adulti, necessario requiritur ad Iustificationem.

COROL-

## C O R O L L A R I A.

1. Motio liberi Arbitrij, in hunc adulto, qui  
Iustificatur, conuenienter, Cooperatio, vocatur.
2. Liberum Arbitrium, licet in ordine  
ad gratiae infusionem, se habet passim, ad a-  
etum tamen Iustificationis concurrit actiue.
3. Cooperatio hominis adulti, qui Iustifi-  
catur, est libera.
4. In Iustificatione ex parte hominis adul-  
ti, primus motus est fidei.
5. Ut Homo preparet se ad gratiam, non  
sufficit Dei concursus generalis.
6. In homine non naturalis, sed obedienti-  
alis est potentia ad Iustificationem
7. Non est tolerandus error Lutheri, et  
Caluini, hominem carere, usum liberi arbitrij  
in eliciendis actionibus supra naturalibus.

## C O N C L U S I O III.

Iustificatio hominis usum rationis  
habentis, est translatio de statu iniustitiae  
ad statum Iustitiae.

## C O R O L L A R I A.

1. *Iustificatione acquiritur forma, qua dat  
Eſe Supernaturale Iustificato.*
2. *Iustificatio adulti, est quædam hominis  
transmutatio.*
3. *Mot⁹ hic, nequit dici mot⁹ generationis.*
4. *Forma quæ ista transmutatione acqui-  
ritur, vocanda Iustitia, non tamen Legalis ge-  
neralis.*
5. *Subiectum Iustificationis, de qua loqui-  
mur, est homo post lapsum peccati.*
6. *Gratia originalis primo parenti colla-  
tio, nequit hoc modo dici Iustificatio.*
7. *Homo Iustificatus, non ex sola externa  
Dei imputatione efficitur iustus.*

## C O N C L V S I O IV.

Hominis ysum rationis habentis,  
translatio ab Iniustitiæ statu, ad  
Iustitiam, est in instanti.

COROL-

## C O R O L L A R I A.

1. Translatio ab Injustitia statu, ad Iustitiam, non subiacet mensura temporis.
2. Vnde Iustificatio, etiam quoad durationem motus Physici, excedit.
3. Actus Iustificationis, hominis individui, est una numero Transmutatio.
4. Remissio peccati non plurificat actum Iustificationis.
5. Nil prohibet, inter ea quae includit actus Iustificationis, dari prius & posterius secundum ordinem naturæ.
6. Aliquando contigit, Iustificationem cum dispositionibus præijs, in eodem instanti fieri.
7. Infusio gratiae, & remissio peccati, secundum substantiam non differunt.

## C O N C L V S I O V.

Iustificatio ex parte termini, AD  
QVEM, est opus maximis Dei ope-  
ribus annumerandum.

COROL

## C O R O L L A R I A.

1. Maxima Dei misericordia, in iustificatione, in p[ro]prio exhibetur.
2. Iustificatio est opus ordinis Spiritualis.
3. Opus iustificationis, nulla teneat ad ordinem naturae potest reduci
4. Anima humanae Creatio, est infra opus iustificationis.
5. Sola Divina revelatione Effectus iustificationis innotescit.
6. Neq[ue] conjecturalis cognitio in gentiles Philosophos, iustificationis cadere potuit.
7. Opus iustificationis, est opus Dei, in suo genere, non tamen simpliciter maximum.

## C O N C L V S I O V.

Iustificatio hominis usum rationis  
habentis, est DEi opus miraculorum.

COROL-

## C O R O L L A R I A.

1. Ad actum iustificandi opus est, virtutē infinitam concurrere
2. Licet actus iustificandi sit miraculosus, non tamen contra naturam.
3. Remissio peccati, est opus, maxima Dei bonitatis.
4. In legē noua iustificatio, est maioris miraculi, quam in veteri.
5. Merito turbæ, Christum iustificantem audientes in verba proruperunt: Quis est hic qui peccata dimittit?
6. Etiam in ordine ad Angelos, iustificatio est opus miraculi.
7. Non est possibile, dari creaturam, quæ ut causa principalis, concurrat ad opus, iustificandi.





1018.5.32



